

- Cap. 36. Quod felicitas non consistit in operatione artis.
- Cap. 37. Quod ultima felicitas hominis non consistit in contemplatione Dei.
- Cap. 38. Quod humana felicitas non consistit in cognitione Dei, quæ communiter habetur à pluribus.
- Cap. 39. Quod felicitas humana non consistit in cognitione Dei, quæ habetur per demonstrationem.
- Cap. 40. Quod felicitas humana non consistit in cognitione Dei, quæ est per fidem.
- Cap. 41. Quod homo non potest in hac vita cognoscere substantias separatas per studium, & inquisitionem scientiarum speculativarum, ut voluit Avempace.
- Cap. 42. Quod non possumus in hac vita intelligere substantias separatas, sicut posuit Alexander.
- Cap. 43. Quod non possumus intelligere in hac vita substantias separatas, sicut posuit Averroes.
- Cap. 44. Quod ultima felicitas hominis non consistit in cognitione substantiarum separatarum, qualem prædictæ opiniones fingunt.
- Cap. 45. Quod non possumus aliquo modo in hac vita intelligere substantias separatas.
- Cap. 46. Quod anima in hac vita non intelligit se ipsam per se ipsam.
- Cap. 47. Quod non possumus in hac vita videre Deum per essentiam.
- Cap. 48. Quod ultima felicitas hominis non sit in hac vita.
- Cap. 49. Quod substantiæ separatae non vident Deum per essentiam, ex hoc quod cognoscunt eum per suas essentias.
- Cap. 50. Quod in naturali cognitione quam habent substantiæ separatae de Deo, non quiescit eorum naturale desiderium.
- Cap. 51. Quomodo Deus per essentiam videatur.
- Cap. 52. Quod nulla creata substantia potest sua naturali virtute pervenire ad videndum Deum per essentiam.
- Cap. 53. Quod intellectus creatus indiget aliqua influenza divini luminis ad hoc quod Deum per essentiam videat.
- Cap. 54. Rationes contra prædictam determinationem, & earum solutiones.
- Cap. 55. Quod intellectus creatus non comprehendit divinam substantiam.
- Cap. 56. Quod nullus intellectus creatus videndo Deum, videt omnia, quæ in ipso videri possunt.
- Cap. 57. Quod omnis intellectus cujuscumque gradus particeps esse potest divinæ visionis.
- Cap. 58. Quod unus alio perfectius Deum videre potest.
- Cap. 59. Quod videntes divinam substantiam, omnia videant aliquo modo.
- Cap. 60. Quod videntes Deum, omnia simul vident in ipso.
- Cap. 61. Quod per visionem Dei aliquis fit particeps vitæ æternæ.
- Cap. 62. Quod videntes Deum, in perpetuum eum videbunt.
- Cap. 63. Qualiter in illa ultima felicitate omne desiderium hominis completur.
- Cap. 64. Quod Deus sua providentia gubernat universa.
- Cap. 65. Quod Deus conservet res in esse.
- Cap. 66. Quod nihil dat esse, nisi in quantum agit in virtute divina.
- Cap. 67. Quod Deus est causa operandi omnibus operantibus.

- Cap. 68. Quod Deus est ubique, & in omnibus rebus.
- Cap. 69. De opinione eorum qui rebus naturalibus proprias subtrahunt actiones.
- Cap. 70. Quomodo idem effectus sit à Deo, & naturali agente.
- Cap. 71. Quod divina providentia non excludit totaliter malum à rebus.
- Cap. 72. Quod divina providentia non excludit contingentiam à rebus.
- Cap. 73. Quod divina providentia non excludit arbitrii libertatem.
- Cap. 74. Quod divina providentia non excludit casum, & fortunam.
- Cap. 75. Quod providentia divina sit singularium contingentium.
- Cap. 76. Quod providentia Dei sit singularium immediate.
- Cap. 77. Quod executio divinæ providentiæ sit mediantibus causis secundis.
- Cap. 78. Quod mediantibus creaturis intellectualibus, aliæ creaturæ reguntur à Deo.
- Cap. 79. Quod substantiæ intellectuales inferiores reguntur per superiores.
- Cap. 80. De ordinatione Angelorum ad invicem.
- Cap. 81. De ordinatione hominum ad invicem, & ad alia.
- Cap. 82. Quod corpora inferiora reguntur à Deo per superiora.
- Cap. 83. Epilogus prædictorum.
- Cap. 84. Quod corpora caelestia non imprimant in intellectus nostros.
- Cap. 85. Quod corpora caelestia non sunt causæ voluntatum, & electionum nostrarum.
- Cap. 86. Quod corporales effectus in istis inferioribus non sequuntur ex necessitate à corporibus caelestibus.
- Cap. 87. Quod motus caelestis corporis non sunt causa electionum nostrarum ex virtute animæ moventis.
- Cap. 88. Quod substantiæ separate create non possunt esse causa directe electionum, & voluntatum, nostrarum.
- Cap. 89. Quod motus voluntatis causatur à Deo, & non solum à voluntate.
- Cap. 90. Quod electiones, & voluntates humanæ subduntur divinæ providentiæ.
- Cap. 91. Quomodo res humanæ ad superiores causas reducuntur.
- Cap. 92. Quomodo dicitur aliquis bene fortunatus, & quomodo adjuvatur homo ex superioribus causis.
- Cap. 93. De fato an sit, & quid.
- Cap. 94. De certitudine divinæ providentiæ.
- Cap. 95. Quod immobilitas divinæ providentiæ utilitatem orationis non excludit.
- Cap. 96. Quod petitiones creaturæ non semper admittuntur à Deo.
- Cap. 97. Quomodo dispositio divinæ providentiæ habeat rationem.
- Cap. 98. Quomodo Deus possit, aut non possit facere præter ordinem suæ providentiæ.
- Cap. 99. Quod Deus potest operari præter ordinem rebus inditum, producendo effectus absque causis propriis.
- Cap. 100. Quod ea quæ Deus facit præter naturæ ordinem, non fuit contra naturam.
- Cap. 101. De miraculis.
- Cap. 102. Quod solus Deus potest miracula facere.
- Cap. 103. Quod substantiæ spirituales aliqua miracula

- la operantur, quæ tamen non sunt vere miracula.
- Cap. 104. Quod opera magorum non sunt solum ex impressione caelestium corporum.
- Cap. 105. Unde magorum operationes efficaciam habeant.
- Cap. 106. Quod substantia intellectualis, quæ præstat efficaciam magicis operibus, non est bona.
- Cap. 107. Quod substantia intellectualis, cujus auxilio magicæ artes utuntur, non est mala secundum suam naturam.
- Cap. 108. Rationes, quod in dæmonibus non possit esse peccatum.
- Cap. 109. Quod in dæmonibus non possit esse peccatum, & qualiter.
- Cap. 110. Solutio rationum præmissarum.
- Cap. 111. Quod speciali quadam ratione creaturæ rationales divinæ providentiæ subduntur.
- Cap. 112. Quod creaturæ rationales gubernantur propter se ipsas: aliæ vero in ordine ad eas.
- Cap. 113. Quod rationalis creatura dirigitur à Deo ad suos actus non solum secundum ordinem ad speciem, sed etiam secundum quod congruit individuo.
- Cap. 114. Quod divinitus hominibus leges dantur.
- Cap. 115. Quod lex divina principaliter ordinat hominem in Deum.
- Cap. 116. Quod finis legis divinæ est dilectio Dei.
- Cap. 117. Quod lege divina ordinatur ad dilectionem proximi.
- Cap. 118. Quod per divinam legem homines ad rectam fidem obligantur.
- Cap. 119. Quod per quadam sensibilia mens nostra dirigitur in Deum.
- Cap. 120. Quod latræ cultus soli Deo est exhibendus.
- Cap. 121. Quod divina lex ordinat hominem secundum rationem circa corporalia, & sensibilia.
- Cap. 122. Quia ratione fornicatio simplex secundum legem divinam sit peccatum, & quod matrimonium sit naturale.
- Cap. 123. Quod matrimonium debeat esse indivisibile.
- Cap. 124. Quod matrimonium debeat esse unius ad unam.
- Cap. 125. Quod matrimonium non debeat fieri inter propinquos.
- Cap. 126. Quod non omnis carnalis commixtio est peccatum.
- Cap. 127. Quod nullus cibi usus est peccatum secundum se.
- Cap. 128. Quomodo secundum legem Dei homo ordinatur ad proximum.
- Cap. 129. Quod in actibus humanis sunt aliqua recta secundum naturam, & non solum quasi lege posita.
- Cap. 130. De consiliis quæ dantur in lege divina.
- Cap. 131. Rationes impugnantium voluntariam paupertatem.
- Cap. 132. Rationes impugnantium particulares modos vivendi in paupertate.
- Cap. 133. Quomodo paupertas sit bona.
- Cap. 134. Solutio rationum supra inductarum contra paupertatem.
- Cap. 135. Solutiones objectionum contra particulares modos vivendi in paupertate.
- Cap. 136. De errore eorum qui perpetuam continentiam impugnant.
- Cap. 137. Contra eos qui matrimonium virginitati æquabant.
- Cap. 138. De errore eorum qui vota impugnant.
- Cap. 139. Quod merita, & peccata non sunt paria.
- Cap. 140. Quod actus hominis puniuntur, vel præmiantur à Deo.
- Cap. 141. De differentia, & ordine poenarum.
- Cap. 142. Quod non omnia præmia, & poenæ sunt æquales.
- Cap. 143. De poena quæ debetur peccato mortali, & veniali per respectum ad ultimum finem.
- Cap. 144. Quod per peccatum mortale ultimo fine aliquis in æternum privatur.
- Cap. 145. Quod peccata puniuntur etiam per experientiam alicujus nocivi.
- Cap. 146. Quod iudicibus licet poenas inferre.
- Cap. 147. Quod homo indiget divino auxilio ad beatitudinem consequendam.
- Cap. 148. Quod per auxilium divinæ gratiæ homo non cogitur ad virtutem.
- Cap. 149. Quod prædictum divinum auxilium homo promereri non potest.
- Cap. 150. Quod prædictum divinum auxilium gratia nominatur, & quid sit gratia gratum faciens.
- Cap. 151. Quod gratia gratum faciens causat in nobis dilectionem Dei.
- Cap. 152. Quod divina gratia causat in nobis fidem.
- Cap. 153. Quod divina gratia causat in nobis spem futuræ beatitudinis.
- Cap. 154. De donis gratiæ gratis datæ. In quo & de divinationibus dæmonum.
- Cap. 155. Quod homo indiget auxilio gratiæ ad perseverandum in bono.
- Cap. 156. Quod ille qui decidit à gratia per peccatum, potest iterum per gratiam reparari.
- Cap. 157. Quod homo à peccato liberari non potest nisi per gratiam.
- Cap. 158. Qualiter homo à peccato liberatur.
- Cap. 159. Quod rationabiliter homini impuratur, si ad Deum non convertatur, quamvis hoc sine gratia non possit.
- Cap. 160. Quod homo in peccato existens, sine gratia peccatum vitare non potest.
- Cap. 161. Quod Deus aliquos à peccato liberat, & aliquos in peccato relinquit.
- Cap. 162. Quod Deus nemini est causa peccandi.
- Cap. 163. De prædestinatione, reprobatione, & electione divina.

LIBER QUARTUS.

- Cap. 1. Proemium.
- Cap. 2. Quod sit generatio, paternitas, & filiatio in divinis.
- Cap. 3. Quod filius Dei sit Deus.
- Cap. 4. Quid opinatus sit Photinus de filio Dei, & ejus improbatio.
- Cap. 5. Opinio Sabellii de filio Dei, & ejus improbatio.
- Cap. 6. De opinione Arii circa filium Dei.
- Cap. 7. Improbatio positionis Arii.
- Cap. 8. Solutio ad auctoritates quas Arius pro se inducebat.
- Cap. 9. Solutio ad auctoritates Photini, & Sabellii.
- Cap. 10. Rationes contra generationem, & processionem divinam.
- Cap. 11. Quomodo accipienda sit generatio in divinis, & quæ de filio Dei in Scripturis dicuntur.
- Cap. 12. Quomodo filius Dei dicatur Dei sapientia.
- Cap. 13. Quod non est nisi unus filius in divinis.
- Cap. 14. Solutio ad rationes supra inductas contra generationem divinam.

- Cap. 15. De Spiritu Sancto, quod sit in divinis.
 Cap. 16. Rationes ex quibus aliqui Spiritum Sanctum aestimaverunt esse creaturam.
 Cap. 17. Quod Spiritus Sanctus sit verus Deus.
 Cap. 18. Quod Spiritus Sanctus sit subsistens persona.
 Cap. 19. Quomodo intelligenda sint quæ de Spiritu Sancto dicuntur.
 Cap. 20. De effectibus attributis Spiritui Sancto in Scripturis respectu totius creaturæ.
 Cap. 21. De effectibus attributis Spiritui Sancto in sacra Scriptura respectu rationalis creaturæ quantum ad ea quæ Deus nobis largitur.
 Cap. 22. De effectibus attributis Spiritui Sancto secundum quod movet creaturam in Deum.
 Cap. 23. Solutio rationum supra inductarum contra divinitatem Spiritus Sancti.
 Cap. 24. Quod Spiritus Sanctus procedat à filio.
 Cap. 25. Rationes ostendere volentium quod Spiritus Sanctus non procedat à filio, & solutio ipsarum.
 Cap. 26. Quod non sunt nisi tres personæ in divinis, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.
 Cap. 27. De incarnatione Verbi secundum traditionem sacræ Scripturæ.
 Cap. 28. De errore Photini circa incarnationem.
 Cap. 29. De errore Manichæorum circa incarnationem.
 Cap. 30. De errore Valentini circa incarnationem.
 Cap. 31. De errore Apollinaris circa Corpus Christi.
 Cap. 32. De errore Arii, & Apollinaris circa animam Christi.
 Cap. 33. De errore Apollinaris dicentis animam rationalem non fuisse in Christo, & Origenis dicentis animam Christi ante mundum fuisse creatam.
 Cap. 34. De errore Theodori Mopsuesteni circa unionem verbi ad hominem.
 Cap. 35. Contra errorem Eutychetis.
 Cap. 36. De errore Macharii Antiocheni, ponentis unam tantum voluntatem in Christo.
 Cap. 37. Contra eos qui dixerunt ex anima & corpore non esse aliquid unum constitutum in Christo.
 Cap. 38. Contra eos qui ponunt duo supposita, vel duas hypostases in una persona Christi.
 Cap. 39. Quid fides catholica sentiat de incarnatione.
 Cap. 40. Objectiones contra fidem incarnationis.
 Cap. 41. Quomodo oporteat intelligere incarnationem filii Dei.
 Cap. 42. Quod assumptio humanæ naturæ maxime competeat Verbo Dei.
 Cap. 43. Quod humana natura assumpta à Verbo, non præexistit assumptioni, sed in ipsa conceptione fuit assumpta.
 Cap. 44. Quod natura humana assumpta à verbo, in ipsa conceptione fuit perfecta quantum ad animam, & corpus.
 Cap. 45. Quod Christus deicit nasci ex Virgine.
 Cap. 46. Quod Christus natus est de Spiritu Sancto.
 Cap. 47. Quod Christus non sit filius Spiritus Sancti secundum carnem.
 Cap. 48. Quod non est dicendum: Christus est creatura.
 Cap. 49. Solutio rationum contra incarnationem superius positarum.
 Cap. 50. Quod peccatum originale traducatur à primo parente in posterum.
 Cap. 51. Obiectiones contra peccatum originale.
 Cap. 52. Solutio objectionum positarum.
 Cap. 53. Rationes quibus videtur probari, quod non fuit conveniens Deum incarnari.
 Cap. 54. Quod conveniens fuit Deum incarnari.
 Cap. 55. Solutio rationum supra positarum contra convenientiam incarnationis.
 Cap. 56. De necessitate sacramentorum.
 Cap. 57. De distinctione sacramentorum veteris, & novæ legis.
 Cap. 58. De numero sacramentorum novæ legis.
 Cap. 59. De Baptismo.
 Cap. 60. De confirmatione.
 Cap. 61. De Eucharistia.
 Cap. 62. De errore infidelium circa sacramentum Eucharistiæ.
 Cap. 63. Solutio præmissarum difficultatum, & primo quoad conversionem panis in Corpus Christi.
 Cap. 64. Solutio eorum quæ objiciebantur ex parte loci.
 Cap. 65. Solutio eorum quæ objiciebantur ex parte accidentium.
 Cap. 66. Solutio eorum quæ objiciebantur ex parte actionis, & passionis.
 Cap. 67. Solutio eorum quæ objiciebantur ex parte fractionis.
 Cap. 68. Solutio auctoritatis supra inductæ.
 Cap. 69. Ex quali pane, & vino debet confici hoc sacramentum.
 Cap. 70. De sacramento penitentiae, & primo quod homines post gratiam sacramentalem acceptam peccare possunt.
 Cap. 71. Quod homo peccans post sacramentorum gratiam, potest converti per gratiam.
 Cap. 72. De necessitate penitentiae, & partium ejus.
 Cap. 73. De sacramento extremæ unctionis.
 Cap. 74. De sacramento ordinis.
 Cap. 75. De distinctione ordinum.
 Cap. 76. De Episcopali potestate, & quod in ea unus sit summus.
 Cap. 77. Quod per malos ministros sacramenta dispensari possunt.
 Cap. 78. De sacramento matrimonii.
 Cap. 79. Quod per Christum corporum resurrectio sit futura.
 Cap. 80. Objectiones contra resurrectionem.
 Cap. 81. Solutio præmissarum objectionum.
 Cap. 82. Quod homines resurgent immortales.
 Cap. 83. Quod in resurrectione non erit usus ciborum, neque venereorum.
 Cap. 84. Quod corpora resurgentium erunt ejusdem naturæ sicut prius.
 Cap. 85. Quod corpora resurgentium erunt alterius dispositionis, quam ante.
 Cap. 86. De qualitate corporum glorificatorum.
 Cap. 87. De loco corporum glorificatorum.
 Cap. 88. De sexu, & ætate resurgentium.
 Cap. 89. De qualitate corporum resurgentium in damnatis.
 Cap. 90. Quomodo substantiæ incorporeæ patiantur ab igne.
 Cap. 91. Quod animæ statim post separationem à corpore pœnam, vel præmium consequantur.
 Cap. 92. Quod animæ Sanctorum post mortem habent voluntatem immutabilem in bono.
 Cap. 93. Quod animæ malorum post mortem habent voluntatem immutabilem in malo.
 Cap. 94. De immutabilitate voluntatis in animabus in purgatorio detentis.
 Cap. 95. De causa immutabilitatis communiter in omnibus animabus post separationem à corpore.
 Cap. 96. De finali iudicio.
 Cap. 97. De statu mundi post iudicium.

DIVI THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI DE VERITATE CATHOLICÆ FIDEI CONTRA GENTILES LIBRI QUATUOR.

LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

CAPUT I.

Quod sit officium Sapientis.

Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. *Proverb. viii. 7.*

Multitudinis usus, quem in rebus nominandis sequendum Philosophus censet (*II. Topic. cap. 1.*) communiter obtinuit ut sapientes dicantur, qui recte ordinant, & eas bene gubernant. Unde inter alia quæ homines de sapiente concipiunt, à Philosopho ponitur (in *proem. Metaph. cap. 11.* quod sapientis est ordinare. Omnium autem gubernandorum, & ordinandorum ad finem gubernationis, & ordinis, regulam ex fine sumi necesse est: tunc enim unaquæque res optime disponitur cum ad suum finem convenienter ordinatur. Finis enim uniuscujusque est bonum. Unde videmus in artibus unam alterius esse gubernativam, & quasi principem, ad quam pertinet ejus finis; sicut medicinalis ars pigmentariæ principatur, & eam ordinat, propter hoc quod sanitas, circa quam medicinalis versatur, finis est omnium pigmentorum, quæ arte pigmentaria conficiuntur: & simile apparet in arte gubernatoria respectu navifactivæ; & in militari respectu equestris, & omnis bellici apparatus. Quæ quidem artes aliis principantes architectonicæ nominantur, quasi principales artes: unde & earum artifices, qui architectores vocantur, nomen sibi vendicant sapientum. Quia vero prædicti artifices singularium quarundam rerum fines pertractantes, ad finem universalem omnium non pertinent, dicuntur quidem sapientes hujus, vel illius rei, secundum quem modum dicitur *I. ad Cor. 1. 11. 10. Ut sapiens (1) architector fundamentum posuit*: nomen autem simpliciter sapientis illi soli reservatur cuius consideratio circa finem universi versatur, qui etiam est universalis principium. Unde secundum Philosophum (ubi sup.) sapientis est causas altissimas considerare. Finis autem ultimus uniuscujusque rei est qui intenditur à primo auctore, vel motore ip-

sus. Primus autem auctor, & motor universi, est intellectus, ut infra (*II. Lib. cap. xxi. & xxiv.*) ostenditur. Oportet ergo ultimum finem universi esse bonum intellectus: hic autem est veritas. Oportet igitur veritatem esse ultimum finem totius universi, & circa ejus finem, & considerationem principaliter sapientiam insistere. Et ideo ad veritatis manifestationem, divina Sapientia carne induta se venisse in mundum testatur, dicens: *Joan. xviii. 37. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Sed & primam Philosophiam Philosophus (*II. Metaph. text. 111.*) determinat esse sciendam veritatis, non cuiuslibet, sed ejus veritatis quæ est origo omnis veritatis, scilicet quæ pertinet ad primum principium essendi omnibus: unde & sua veritas est omnis veritatis principium. (*II. Metaph. text. comm. 1v.*) Sic enim est dispositio rerum in veritate sicut in esse. Ejusdem autem est unum contrariorum prosequi, & aliud refutare; sicut medicina sanitatem operatur, ægitudinem vero excludit. Unde sicut sapientis est veritatem præcipue de primo principio meditari, & de aliis disserere, ita ejus est, falsitatem contrariam impugnare. Convenienter ergo ex ore sapientiæ duplex sapientis officium in verbis propositis demonstratur, scilicet veritatem divinam, quæ antonomastice est veritas (2) meditatam eloqui, quod tangit quum dicit: *Veritatem meditabitur guttur meum*: & errorem contra veritatem impugnare, quod tangit cum dicit: *Et labia mea detestabuntur impium*: per quod falsitas contra divinam veritatem designatur, quæ religioni contraria est, quæ pietas nominatur: unde etiam falsitas contraria ei, impietatis sibi nomen assumit.

CAPUT II.

Quæ sit Auctoris intentio.

Inter omnia vero studia hominum, sapientiæ studium est perfectius, sublimius, & utilius, & jucundius.

Probatum primo. Perfectius quidem, quia in quantum homo sapientiæ studio dat se, in quantum veræ beatitudinis jam aliquam partem habet: unde Sapiens dicit: *Beatus vir qui in sapientia morabitur: Ecc. xiv. 22.*

A

Su-

(1) Vulgata architectus. (2) Al. veritatem meditatam: forte meditari, & meditatam eloqui.